25. Ingrediátur putrédo in óssibus méis, * et súb*ter me* scáteat.
26. Ut requiéscam in die tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópulum ac*cinctum* nóstrum.
27. Ficus enim nón florébit : * et non érit gér*men in* víneis.
28. Mentiétur ópus olívae : * et árva non áf*ferent* cíbum.
29. Abscindétur de ovíli pécus : * et non érit arméntum *in prae*sépibus.
30. Ego autem in Dómino gaudébo : * et exsultábo in Déo *Jésu* méo.
31. Déus Dóminus fortitúdo méa : * et pónet pédes méos qua*si cer*vórum.
32. Et super excélsa méa dedúcet me víctor, * in psál*mis ca*néntem.

5. Ant.
8. G
(*sol-do*)







**Psalmus 147.**







2. Quóniam confortávit séras portárum tuárum : * benedixit filiis *túis* in te.
3. Qui pósuit fines túos pácem : * et ádipe fruménti *sáti*at te.
4. Qui emittit elóquium súum térrae : * velóciter cúrrit *sérmo* éjus.
5. Qui dat nivem sicut lánam : * nébulam sicut cí*nerem* spárgit.
6. Mittit crystállum súam sicut buccéllas : * ante fáciem frigoris éjus quis *susti*nébit?
7. Emíttet vérbum súum, et liquefáciet éa : * flábit spíritus éjus, et *flúent* áquae.
8. Qui annúntiat vérbum súum Jácob : * justítias, et judícia *súa* Israel.
9. Non fécit táliter ómni natióni : * et judícia súa non manife*stávit* éis.
℣. Collocávit me in obscúris. ℟. Sicut mórtuos saéculi.

Ad Bened.
Ant. 1. f
(*ré-la*)












*Cant.* Benedictus Dóminus. 538.

*Deinde dicitur* Christus fáctus est. *cum reliquis, ut supra*, 539.

## AD MISSAM PRAESANCTIFICATORUM.

*Finita Nona, Sacerdos et Ministri, induti paramentis nigri coloris, sine luminaribus et incenso, procedunt ad Altare : et ante illud prostrati aliquandiu orant. Facta oratione, Sacerdos cum Ministris ascendit ad Altare, et osculatur illud in medio ; deinde Lector accedit ad legendum Prophetiam in loco ubi legitur Epistola, et incipit eam sine titulo.*

*Osee 6.*

Haec dicit Dóminus : In tribulatióne sua mane consúrgent ad me : Veníte, et revertámur ad Dóminum : quia ipse cepit et sanábit nos : percútiet, et curábit nos. Vivificábit nos post duos dies : in die tértia suscitábit nos, et vivémus in conspéctu ejus. Sciémus, sequemúrque ut cognoscámus Dóminum : quasi dilúculum praeparátus est egréssus ejus, et véniet quasi imber nobis temporáneus et serótinus terrae. Quid fáciam tibi Ephraim? quid fáciam tibi Juda? Misericórdia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertránsiens. Propter hoc dolávi in prophétis, occídi eos in verbis oris mei : et judícia tua quasi lux egrediéntur. Quia misericórdiam vólui, et non sacrifícium, et sciéntiam Dei plus quam holocáusta.

(M.M. ♪ = 160.)

Tract.
2.
(*ré-fa*)























Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

### Oratio.

Deus, a quo et Judas reátus sui poenam, et confessiónis suae latro praémium sumpsit, concéde nobis tuae propitiatiónis effectum : ut, sicut in passióne sua Jesus Christus Dóminus noster divérsa utrísque íntulit stipéndia meritórum ; ita nobis, abláto vetustátis erróre, resurrectiónis suae grátiam largiátur : Qui tecum vivit et regnat.

*Subdiaconus in tono Epistolae similiter sine titulo cantat sequentem Lectionem.*

*Exodi 12.*

In diébus illis : Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Aegýpti : Mensis iste, vobis princípium ménsium : primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum coetum filiórum Israel, et dícite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquísque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est núme-

rus ut sufficere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínum suum qui junctus est dómui suae, juxta númerum animárum quae sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácula, másculus, anniculus : juxta quem ritum tollétis et haedum. Et servábitis eum usque ad quartamdécimam diem mensis hujus : immolabitque eum univérsa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, et in superlimináribus domórum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos panes cum lactúcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni : caput cum pédibus ejus et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane. Si quid resíduum fúerit, igne comburétis. Sic autem comedétis illum : renes vestros accingétis, et calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter : est enim Phase (id est tránsitus) Dómini.

(M.M. ♪ = 160.)









fú- nes exten- dé-
runt in lá-que- um pé-di-bus mé- is :
juxta í- ter scán- da- lum po-su- é- runt mí-
hi. ℣. Dí- xi Dó- mi- no : Dé- us mé-
us es tu : exáu-di Dó- mi-
ne vó-cem o-ra- ti- ó-nis mé- ae. ℣. Dómi-ne,
Dó- mi- ne vír- tus sa- lú-tis mé- ae :
obúmbra cá- put mé- um in
dí- e bél- li. ℣. Ne trá-das me
a de-si-dé- ri-o




mé- o pecca-tó- ri :
co-gi-ta-vé- runt advér-sum me : ne de- re-línquas
me, ne unquam exal- téntur.
℣. Cá- put cir-cú- i-
tus e- ó- rum : lá-bor la- bi- ó-
rum ipsó- rum o-pé-ri- et é- os.
℣. Ve-rúmta-men jú-sti confi-te-
búntur nó-mi-ni tú- o : et ha-bi-
tá- bunt ré- cti cum vúl- tu * tú-
o.

*Finito Tractu, dicitur Passio super nudum pulpitum.*

## Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.

*Joann. 18 et 19.*

In illo témpore : Egréssus est Jesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse, et discípuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum, locum : quia frequénter Jesus convénerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepísset cohórtem, et a pontifícibus et pharisaéis minístros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis. Jesus ítaque sciens ómnia quae ventúra erant super eum, procéssit, et dixit eis : ✠ Quem quaéritis: C. Respondérunt ei : S. Jesum Nazarénum. C. Dicit eis Jesus : ✠ Ego sum. C. Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum : abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos : ✠ Quem quaéritis? C. Illi autem dixérunt : S. Jesum Nazarénum. C. Respóndit Jesus : ✠ Dixi vobis, quia ego sum : si ergo me quaéritis, sínite hos abíre, C. Ut implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum : et percússit pontíficis servum : et abscídit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : ✠ Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C. Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Judaeórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum : et adduxérunt eum ad Annam primum; erat autem socer Cáiphae, qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Judaéis : Quia éxpedit unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus, et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriae : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária : S. Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus; C. Dicit ille : S. Non sum. C. Stabant autem servi, et minístri ad prunas : quia frigus erat, et calefaciébant se : erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discípulis suis, et de doctrína ejus. Respondit ei Jesus : ✠ Ego palam locútus sum mundo : ego semper dócui in synagóga, et in templo, quo omnes Judaéi convéniunt : et in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas? intérroga eos, qui audiérunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sciunt quae díxerim ego. C. Haec autem cum dixísset, unus assístens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens : S. Sic respóndes pontífici? C. Respóndit ei Jesus : ✠ Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo : si autem bene, quid me caedis? C. Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei : S. Numquid et tu ex discípulis ejus es? C. Negávit ille, et dixit : S Non sum. C. Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus ejus, cujus abscídit Petrus aurículam : S. Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negávit Petrus : et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in praetórium. Erat autem mane : et ipsi non introiérunt in praetórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit : S. Quam accusatiónem affértis advérsus hóminem hunc? C. Respondérunt, et dixérunt ei : S. Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidíssémus eum. C. Dixit ergo eis Pilátus : S. Accípite eum vos, et secúndum legem vestram judicáte eum. C. Dixérunt ergo ei Judaéi : S. Nobis non licet interfícere quemquam. C. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, signíficans qua morte esset moritúrus. Introívit ergo íterum in praetórium Pilátus et vocávit Jesum, et dixit ei : S. Tu es Rex Judaeórum? C. Respóndit Jesus : ✠ A temetípso hoc dicis, an álii dixérunt tibi de me? C. Respóndit Pilátus : S. Numquid ego Judaéus sum? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi : quid fecísti? C. Respóndit Jesus : ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, minístri mei útique decertárent ut non tráderer Judaéis : nunc autem regnum meum non est hinc. C. Dixit ítaque ei Pilátus : S. Ergo Rex es tu? C. Respóndit Jesus : ✠ Tu dicis



quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti : omnis, qui est ex veritáte, audit vocem meam. C. Dicit ei Pilátus : S. Quid est véritas? C. Et cum hoc dixísset, íterum exívit ad Judaéos, et dicit eis : S. Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis ut unum dimíttam vobis in Pascha : vultis ergo dimíttam vobis Regem Judaeórum? C. Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes : S. Non hunc, sed Barábbam. C. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant : S. Ave Rex Judaeórum. C. Et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilátus foras, et dicit eis : S. Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis quia nullam invénio in eo causam. C. (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis : S. Ecce homo. C. Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamábant, dicéntes : S. Crucifíge, crucifíge eum. C. Dicit eis Pilátus : S. Accípite eum vos, et crucifígite : ego enim non invénio in eo causam. C. Respondérunt ei Judaéi : S. Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. C. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingréssus est praetórium íterum : et dixit ad Jesum : S. Unde es tu? C. Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus : S. Mihi non lóqueris? Nescis quia potestátem hábeo crucifígere te, et potestátem hábeo dimíttere te? C. Respóndit Jesus : ✠ Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. C. Et exínde quaerébat Pilátus dimíttere eum. Judaéi autem clamábant, dicéntes : S. Si hunc dimíttis, non es amícus Caésaris. Omnis enim qui se regem facit, contradícit Caesari. C. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum : et sedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschae, hora quasi sexta, et dicit Judaéis : S. Ecce Rex vester. C. Illi autem clamábant : S. Tolle, tolle, crucífige eum. C. Dicit eis Pilátus : S. Regem vestrum crucifígam? C. Respondérunt pontífices : S. Non habémus regem, nisi Caésarem. C. Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dícitur Calváriae, locum, hebráice autem Gólgotha : ubi crucifixérunt eum, et cum eo álios duos hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et títulum Pilátus : et pósuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judaeórum. Hunc ergo títulum multi Judaeórum legérunt : quia prope civitátem erat locus ubi crucifíxus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, graece, et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judaeórum : S. Noli scríbere, Rex Judaeórum, sed quia ipse dixit : Rex sum Judaeórum C. Respóndit Pilátus : S. Quod scripsi, scripsi. C. Mílites ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes : unicuíque míliti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem : S. Non scindámus eam, sed sortiámur de illa cujus sit. C. Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partíti sunt vestiménta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et mílites quidem haec fecérunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus María Cléophae, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suae : ✠ Múlier, ecce fílius tuus. C. Deínde dicit discípulo : ✠ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : ✠ Sitio. C. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepísset Jesus acétum, dixit : ✠ Consummátum est. C. Et inclináto cápite trádidit spíritum. (*Hic genuflectitur et pausatur aliquantulum*). C. Judaéi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum,

non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sánguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim haec ut Scriptúra implerétur : Os non comminuétis ex eo. Et iterum ália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.

*Quod sequitur, legitur in tono Evangelii : et dicitur* Munda cor meum. *sed non petitur benedictio, et non deferuntur luminaria, neque incensum, et Celebrans in fine non osculatur librum.*

POst haec autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathaéa (eo quod esset discípulus Jesu, occúltus autem propter metum Judaeórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhae, et áloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud linteis cum aromátibus, sicut mos est Judaéis sepelíre. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Judaeórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

*Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolae, incipit absolute junctis manibus.*

ORémus, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei : ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre, et custodíre dignétur toto orbe terrárum : subjíciens ei principátus, et potestátes : detque nobis quiétam et tranquíllam vitam degéntibus, glorificáre Deum Patrem omnipoténtem.

Orémus. *Diaconus :* Flectámus génua. *Subdiaconus :* ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti : custódi ópera misericórdiae tuae; ut Ecclésia tua toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis persevéret. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro beatíssimo Papa nostro *N.*, ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in órdine episcopátus, salvum atque incólumem custódiat Ecclésiae suae sanctae, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, cujus judício univérsa fundántur : réspice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antístitem tua pietáte consérva; ut christiána plebs, quae te gubernátur auctóre, sub tanto pontífice, credulitátis suae méritis augeátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro ómnibus Episcopis, Presbýteris, Diacónibus, Subdiacónibus, Acólythis, Exorcístis, Lectóribus, Ostiáriis, Confessóribus, Virgínibus, Víduis : et pro omni pópulo sancto Dei.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, cujus spíritu totum corpus Ecclésiae sanctificátur et régitur : exáudi nos pro univérsis ordínibus supplicántes; ut grátiae tuae múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro catechúmenis nostris : ut Deus et Dóminus noster adapériat aures praecordiórum ipsórum, januámque misericórdiae; ut per lavácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, et ipsi inveniántur in Christo Jesu Dómino nostro.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam nova semper prole foecúndas : auge fidem et intelléctum catechúmenis nostris; ut renáti fonte baptísmatis, adoptiónis tuae fíliis aggregéntur. Per Dóminum. ℟. Amen.

ORémus, dilectíssimi nobis, Deum Patrem omnipoténtem, ut cunctis mundum purget erróribus : morbos áuferat : famem depéllat : apériat cárceres : víncula dissólvat : peregrinántibus réditum : infirmántibus sanitátem : navigántibus portum salútis indúlgeat.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, moestórum consolátio, laborántium fortitúdo : pervéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium; ut omnes sibi in necessitátibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuísse. Per Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro haeréticis, et schismáticis : ut Deus et Dóminus noster éruat eos ab erróribus univérsis; et ad sanctam matrem Ecclésiam cathólicam atque apostólicam revocáre dignétur.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, qui salvas omnes, et néminem vis períre : réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas; ut omni haerética pravitáte depósita, errántium corda resipíscant, et ad veritátis tuae rédeant unitátem. Per Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro pérfidis Judaéis : ut Deus et Dóminus noster áuferat velámen de córdibus eórum; ut et ipsi agnóscant Jesum Christum Dóminum nostrum.

OMnípotens sempitérne Deus, qui étiam judáicam perfídiam a tua misericórdia non repéllis : exáudi preces nostras, quas pro illius pópuli obcaecatióne deférimus; ut, ágnita veritátis tuae luce, quae Christus est, a suis ténebris eruántur. Per eúmdem Dóminum. ℟. Amen.

ORémus et pro pagánis : ut Deus omnípotens áuferat iniquitátem a córdibus eórum; ut relíctis idólis suis, convertántur ad Deum vivum et verum, et únicum Fílium ejus Jesum Christum Deum et Dóminum nostrum.

Orémus. Flectámus génua. ℟. Leváte.

OMnípotens sempitérne Deus, qui non mortem peccatórum, sed vitam semper inquíris : súscipe propítius oratiónem nostram, et líbera eos ab idolórum cultúra; et ággrega Ecclésiae tuae sanctae, ad laudem et glóriam nóminis tui. Per Dóminum. ℟. Amen.

*Completis orationibus, Sacerdos, versus ad populum discooperit Crucem, incipiens solus Ant.* Ecce lignum Crucis.. *ac deinceps in reliquis juvatur in cantu a Ministris usque ad verba* Venite adorémus. *Choro autem cantante* Venite adorémus, *omnes se prosternunt excepto Celebrante. Eadem vero Antiphona ter dicitur eodem modo ; et singulis vicibus Sacerdos altius incipit.*

Ant. 6. (fa-la)




*Dum fit adoratio Crucis, cantantur Improperia, et alia quae sequuntur, vel omnia, vel pars eorum, prout multitudo adorantium, vel paucitas requirit, hoc modo :*


Duo Cantores in medio chori cantant :
℣. Pópu-le méus, quid féci tíbi?
aut in quo contristávi te? respónde
míhi. ℣. Quia edúxi te de térra
Aegýpti : parásti crúcem Salvatóri túo.
Unus Chorus cantant :
Agios o Theós.
Alius Chorus respondet :
Sánctus Déus.
Primus Chorus :
Agios ischyrós.
Secundus Chorus :
Sánctus fórtis.




Primus Chorus :
Agios athánatos, eléison ímas.
Secundus Chorus :
Sánctus immortális, miserére nóbis.
Postea duo de secundo Choro cantant :
Quia edúxi te per desértum quadragínta ánnis, et mánna cibávi
te, et introdúxi in térram sátis óptimam :
parásti crúcem Salvatóri túo.
Chori respondent alternatim. Agios o Theós. etc. Sánctus Déus. etc. ita tamen ut primus Chorus semper repetat Agios, ut supra.
Deinde duo de primo Choro cantant :
Quid últra débui fácere tíbi, et
non féci? Ego quidem plantávi te

ví-ne- am mé- am spe- ci- o- sís- si- mam : et tu

fá- cta es mí- hi ni- mis amá- ra : a- cé- to nam-

que sí- tim mé- am po- tá- sti : et lán-ce- a perfo-

rásti lá- tus Sal-va-tó- ri tú- o.

*Item Chori alternatim respondent* Agios o Theos. Sánctus Déus.

¶ *Versus sequentis Improperii a duobus Cantoribus alternatim cantantur, utroque Choro simul repetente post quemlibet versum :* Pópule méus. *ut supra, usque ad* ℣. Quia.

*Duo de secundo Choro cantant :*

Ego propter te fla-gel-lá-vi Aegýptum cum pri-

mo-gé- ni- tis sú- is : et tu me fla-gel-lá-tum tra- di-

dí- sti. *Chorus repetit :* Pópule méus. 592.

*Duo de primo Choro :*

℣. Ego te e-dú-xi de Aegýpto, demér- so Pha-ra- ó-



ne in má-re Rú- brum : et tu me tra-di-dí-sti princí-pi-

bus sa-cerdó- tum. Pópule méus.

*Duo de secundo Choro :*

℣. Ego ante te a-pé-ru- i má- re : et tu a-pe-

ru- í-sti lánce- a lá-tus mé- um. Pópule méus.

*Duo de primo Choro :*

℣. Ego ante te prae- í-vi in co-lúmna nú- bis :

et tu me du-xí-sti ad praetó- ri- um Pi- lá- ti.
Pópule méus.

*Duo de secundo Choro :*

℣. Ego te pá-vi mánna per de-sér- tum : et tu

me ce-ci-dí-sti á-la-pis et fla-gél- lis. Pópule.

*Duo de primo Choro :*

℣. Ego te po-tá- vi áqua sa-lú-tis de pé- tra :


et tu me po-tásti fél-le et a-cé- to. Pópule.
Duo de secundo Choro :
℣. Ego propter te Cha-nanae-ó-rum ré-ges percús-
si : et tu percussí-sti a-rúndi-ne cá-put mé- um.
Pópule méus.
Duo de primo Choro :
℣. Ego dé- di tí-bi scéptrum re- gá- le : et tu
de-dí-sti cá-pi-ti mé- o spí-ne- am co-ró- nam.
Pópule méus.
Duo de secundo Choro :
℣. Ego te ex-altá-vi mágna virtú- te : et tu
me suspendí-sti in pa- tí-bu-lo crú- cis. Pópule.
Deinde cantatur communiter :
(M.M. ♪ = 160.)
Ant.
4.
(mi-la)
Crú-cem tú- am * ad-o-rámus, Dó- mi-ne : et sán-




ctam re-surrecti- ó-nem tú- am laudá-mus et glo- ri- fi-cá-
mus : ecce e-nim propter lígnum vé- nit gáudi-
um in u-ni- vérso múndo. Ps. Dé- us mi-se-re- á-
tur nóstri, et be-ne- dí- cat nó- bis : * il- lú-mi-net
vúltum sú- um su-per nos, et mi-se-re- á- tur nóstri.
Et repetitur immediate Ant. Crúcem túam.
Postea cantatur ℣. Crux fidélis. cum Hymno Pánge lingua gloriósi. et post quemlibet ejus versum repetitur Crux fidélis. vel Dúlce lignum. eo modo quo inferius notatur.
(M.M. ♪ = 152.)
1.
(ré-la)
Crux fi-dé- lis, inter ómnes Arbor ú- na nó-
bi- lis : Núl-la sílva tá-lem pró- fert, Frónde,
fló- re, gérmi- ne : * Dúlce lígnum, dúlces clá- vos,
Dúlce pón-dus sú-sti- net.
Hymn.
1.
(ré-la)
Pánge língua glo-ri- ó- si Proé-li- um cer- tá-


mi- nis, Et su- per crú- cis trophaé- um Dic tri-
úmphum nó-bi- lem : Quá-li- ter Red- émptor ór-
bis Immo- lá- tus ví-ce- rit.
Repetitur Crux fidélis. usque ad * Dúlce lignum.
℣. De pa-rén-tis pro-toplá- sti Fráude Fá-ctor cóndo-
lens, Quando pómi no-xi- á- lis Mórsu in mór-
tem córru- it : Ipse lígnum tunc no- tá- vit,
Dámna lí-gni ut sólve- ret. * Dúlce lígnum.
℣. Hoc ó-pus nóstrae sa-lú- tis Ordo de- po- pósce-
rat : Mul-ti- fórmis pro-di- tó- ris Ars ut ár-
tem fál-le- ret : Et me- dé-lam férret in-de,




Hóstis unde laé-se- rat. Crux fidélis.
℣. Quando vé- nit ergo sá- cri Ple-ni-tú- do témpo-
ris, Mis-sus est ab árce Pá- tris Ná-tus, ór-
bis Cóndi- tor : Atque véntre virgi- ná- li Cá-
ro fá- ctus pró-di- it. * Dúlce lígnum.
℣. Va-git ín-fans inter ár-cta Cóndi-tus prae- sé-pi-
a : Mémbra pánnis invo- lú- ta Vírgo Má-
ter ál-li- gat : Et má- nus pe- désque et crú- ra
Stricta cín- git fásci- a. Crux fidélis.
℣. Lústris sex qui jam per- á- ctis, Témpus ím-









*Post adorationem Crucis ordinatur Processio ad locum ubi pridie Hostia reservata reposita fuerat, et reportatur Sacramentum ad Altare. Interim cantatur Hymnus.* Vexílla Régis. 459.

*Cum venerit Sacerdos ad Altare, posito super illud Calice, genuflexus rursum incensat. Interim Diaconus imponit vinum in calicem, et Subdiaconus aquam.*

*Deinde Sacerdos incensat oblata et Altare, more solito; lavat manus suas, nihil dicens. Postea in medio Altaris inclinatus, junctis manibus dicit :* In spíritu humilitátis. 2. *Deinde versus ad populum dicit more solito* Oráte frátres. (*Non respondetur* Suscípiat.)

*Omissis aliis, dicit :* Orémus. Praecéptis salutáribus móniti. Pater noster, *et eadem voce qua dicit* Pater noster. Líbera nos quaésumus. 5.

*Tunc Celebrans elevat Sacramentum, ut videri possit a populo.* Pax Dómini, *non dicitur, nec* Agnus Dei. *Postmodum praetermissis aliis Orationibus dicit :* Percéptio Córporis tui, *et reliqua ante Communionem,* 5. *Postquam communicavit, et sumpsit purificationem, dicit :* Quod ore súmpsimus. 5, *et statim, facta reverentia Altari, cum Ministris discedit.*

*Deinde Vesperae dicuntur sine cantu : et denudatur Altare.*

AD VESPERAS.

*Ut heri,* 544, *praeter Ant. ad Magnificat.* Cum accepísset. 546.

**Ad Completorium.** *Omnia ut heri,* 552.

# SABBATO SANCTO.

## AD MATUTINUM.

Pater noster. Ave Maria, Credo. *secreto.*

IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)



In pá-ce * in id- í-psum, dórmi- am et requi-



éscam. E u o u a e. *Ps.* Cum invocárem. 231.

2. Ant. 4. E (*mi-la*)



Ha- bi-tá-bit * in ta-berná-cu-lo tú- o, requi- és-



cet in mónte sáncto tú- o.

Psalmus 14.



1. Dómi- ne, quis ha-bi-tá-bit in ta-berná-*cu-lo* **tú-** o? *



aut quis requi- éscet in món*te sáncto* **tú-** o?



2. Qui ingréditur *sine* **má**cula, * et oper*átur jus*títiam :

3. Qui lóquitur veritátem in *córde* **súo**, * qui non égit dólum *in língua* **súa** :

4. Nec fécit próximo *súo* **málum**, * et oppróbrium non accépit advérsus *próximos* **súos**.

5. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu *éjus ma***lí**gnus : * timéntes autem Dóminum *glo***rí**ficat :

6. Qui júrat próximo súo, *et non* **dé**cipit, * qui pecúniam súam non dédit ad usúram, et múnera super innocén*tem non ac***cé**pit.

7. *Qui* **fá**cit haec, * non movébi*tur in ae***tér**num.

3. Ant. 7. c (*sol-ré*)



Cá-ro mé- a * requi- éscet in spe.

Psalmus 15.



1. Con-sér-va me, Dómi-ne, quó-ni- am spe-**rá-** vi **in** te : *



Dí-xi Dómi-no : Dé- us mé- us es tu, quó-ni- am bo-nó-rum



me- **ó**-rum non **é-** ges. *Flexa :* ví- as ví-tae, †

2. Sánctis, qui sunt in **tér**ra **é**jus, * mirificávit ómnes voluntátes **méas** in **éis**.

3. **Multiplicátae** sunt infirmitátes **có**rum : * póstea accelera**vé**runt.

4. Non congregábo conventícula eórum **de** sanguínibus, * nec mémor éro nóminum eórum per **lá**bia **méa**.

5. Dóminus pars hereditátis méae, **et cá**licis **méi** : * tu es, qui restítues hereditátem **méam mí**hi.

6. Fúnes cecidérunt mihi **ín** praeclá**ris** : * étenim heréditas méa praeclára est **mí**hi.

7. Benedícam Dóminum, qui tríbuit **mí**hi **intelléctum** : * ínsuper et usque ad nóctem increpuérunt me **rénes méi**.

8. Providébam Dóminum in conspéctu **méo sémper** : * quóniam a déxtris est mihi, **né** com**mó**vear.

9. Propter hoc laetátum est cor **méum**, et exsultávit **língua méa** : * ínsuper et cáro méa requi**és**cet **in** spe.

10. Quóniam non derelínques ánimam méam **in infér**no : * nec dábis sánctum túum vidére corrupti**ó**nem.

11. Nótas mihi fecísti vías vitae, † adimplébis me laetítia cum **vúl**tu túo : * delectatiónes in déxtera túa **ús**que in **fí**nem.



℣. In pá-ce in id-ípsum. ℟. Dórmi- am et requi- é-scam.